



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Evangelivm Vnicvm Domini Nostri Iesv Christi

Riccioli, Giovanni Battista

Bononiae, 1667

Adm. Rev. Patri in Christo P. Io. Pavlo Olivæ Soc. Iesv Præposito Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70945](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70945)

ADM. REV.
PATRI IN CHRISTO
P. IO. PAVLO
OLIVÆ
SOC. IESV
Præposito Generali.



Vangelium hoc unicum, meorum in Provincia, nostroque Collegio Præsidum nutu, ex quatuor Euangelistis concinnatum, atque in partes Meditationibus congruas distributum, cuinam potius à me dicandum fuit, quàm Sanctiss. Patriarchæ nostri IGNATII successori tam digno, nec dubium quin optanti,

†

2

quod

quod ille in votis habuit, ut no-
stræ Societatis homines, Vitæ
Saluatoris nostri IESV CHRI-
STI, ex ipso Euangelio decer-
ptæ, meditando studerent? Debe-
batur præterea contextus hic
Euangelicus Tubæ isti Euange-
licæ, quæ tam iucundo salutari-
que clangore, de Palatio Aposto-
lico, Urbisque suggestis, orbem
Christianum personuit vniuer-
sum. Neque verò facundiam
tantummodo disertissimi oris
Tui; sed sapientiam eloquij my-
stici; sed in consilijs solertiam
prudentissimam; sed Rectitudi-
nem mentis, pectorisq; Constan-
tiam, sed amabilem simul, ac ve-
nerabilem discretissimi zeli tem-
periem, sed omnium denique il-
larum virtutum cumulum, quæ
requiri possunt regendæ Societa-
ti nostræ toto iam Orbe diffusæ;
hæc in quam, non solus Ordo no-
ster, verùm & Purpurati Patres,
&

no- ita RI- er- be- hic ge- ari- sto- em- ter- m- oris ny- m- idi- an- ve- em- e il- quæ eta- isæ; no- res;

& Infulati Antistites, & seculi hu-
ius Principes Catholici, Reges,
Imperatores, suspiciunt, literis-
que Romam, & aliò datis, amo-
ris, & admirationis luculentissi-
mis notis testati sunt: sufficeret
instar cuiuscunque præconij com-
memorare, Tanti Te fuisse apud
Sanctis. Mem. Alexandrum VII.
esseq; nunc penes Ter Maximum
successorē illius Clementem IX.
quanti esse potest testis lux ipsa
Solis. Sed inhibendus est cala-
mus: vereor enim modestiæ tuæ
verecundiam, cuius arcano im-
perio est obtemperandum. Ta-
ceo pariter, quas in me immeri-
tissimum gratias contulisti, ea-
rum enim pondere pressus, cogor,
si non animo (quod à me alienis-
simum esse volo) operis certè
pensitate, aut viuere, aut videri
semper ingratus. Consultius ita-
que fuerit coram facundissimo
Præside, septuagenarium me in-

fantem, silendo citius quàm bal-
batiendo profiteri: & Tuam Be-
nedictionem, vt suppliciter de-
precor, præstolari. Vale.

Datum Bononiæ Anno 1667.

Adm. Reuer. Paternit. Tuæ

Deuotiss. atq; Humill. in Christo
filius, & seruus

Io. Bapt. Ricciolius S. I.